

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXXXVII. Exordium duarum, trium, aut ad summum quatuor periodorum ambitu
concludat, ac caeteris paratis elaboret.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

cion pag. 251. Edit. pecul. necessarium omnino est, ut textus, qui totius Concionis norma, fons & basis est ex ipso S. Codice prælegatur. Non pigeat itaque Fidei Præconem, Librum Biblicum vel partem Ejus, more Veterum, secum in Cathedram deferre, & ex eodem textum explicandum legere. Legatautem eundem voce sonorâ, distinctè, tarde, summaque cum reverentiâ & gravitate, ut quilibet agnoscat, sibi non Verbum hominum, sed Verbum Dei proponi.

LXXXVII.

Exordium duarum, trium, aut ad summum quatuor periodorum ambitu concludat, ac cæteris paratis elaboret.

Ἐξήγησης.

PRæfatio, quæ textus lectioni subjicitur, & in specie ac primario Exordii venit appellatio-
ne, est prima Concionis pars, quæ themati viâ sternit, & ejus quædam commendatione auditorum animos ad benevolentiam & attentionem præparat. Duo enim sunt Exordii propriè dicti fines. 1. ut informet auditorē de dicendis, & ad tractationem thematicam viam struat,

L 4

at,

at, 2. ut Auditoris animum attentum & bene-
 volum faciat. *In Exordio*, inquit *Jacobus An-*
dree in *Method. Concion.* pag. 68. *Audisorem*
preparamus, ut concionem institutam attende,
avidè & cum voluptate, sine molestia audiat.
Exordium ad conciliandum, Epilogus ad per-
movendum valet. Si illi, qui res falsas per-
 dere conantur, noverunt auditorē vel bene-
 volum, vel intentum vel docilem proœmio sa-
 cere; quomodo isti non noverint, qui verita-
 tem defendunt, inquit *Augustinus* Lib. IV. de
 Doct. Christ. cap. 2. Inprimis autem Exordi-
 um commendat brevitas. *Drexelius* loco su-
 præ alleg. ait; *In Exordio captanda est benevo-*
lencia, contrarium facit, qui prolixum exordi-
um struit. Nam auditor *Laconica dictionis ar-*
mans, è vestibulo domum aestimans, ingemiscit
ac dicit; Longa præfatio, ergò longa concio, ita
ante principii finem jam ted i plenus desperat,
dimittitque auriculas, ut iniquæ mentis a-
 sellus, cum gravius dorso subiit onus. (*Horati-*
us lib. I. Serm. Satyr. IX. initio) *Quam odiosa*
sint Exordia prolixa, inquit *D. Agid. Hunnius*
Meth. Concion. col. 1027. Tom. III. Oper. im-
 peritorum *Concionatorum exemplis manife-*
stum est, qui sæpè ferè dimidiam partem concio-
nis Exordio tribuunt, & cum propè finis Concio-
nis

mi-

nis ab Auditoribus expectatur, illi demum, quā
dere dicturi sint, non sine radio auditorum pro-
ponunt. Exordium eam habere debet ad reli-
quam Orationem proportionem, quam habet
caput ad reliquū corpus, janua ad ædificium.
Utrivē corpus monitrosū est, cujus caput
nimis longum & latum est, ita proluxa Exordia
reliquum Concionis corpus *suppergit* suā de-
formant & monitrosū reddunt. *Alstedius*
Theolog. Prophet. part. 1. cap. 12. Regul. 3. in-
quit; *Quemadmodum vestibula prædicatorum*
ædificiorum, splendida esse oportet, ita exordia
Concionum debent esse venusta. Rursus ut ve-
stibula non debent esse justo majora, sic Exor-
dia &c. D. Lucas Ofsander in Libello de ratio-
ne Concion. pag. 38. dicit; Proluxa Exordia plus
habere ostentationis, quā utilitatis, & non
esse dissimilia portis magnis & speciosis, in par-
vis oppidulis, in quib9 intus sunt pauca ædes.
Propterea Prisci Ecclesiæ Doctores in Exordiis
brevitati quā maximē studuerunt. Hinc ipse
Chrysostomus, cum aliquando longiori Exordio
esset usus, reprehensionem incurrit & se pur-
gare coactus est, eique à quo hæc fuerat moni-
tus, gratias egit, Homil. & ferendis Reprehens.
Observandum porro, ne Exordia præter neces-
sitatem cumulentur, tandemque non sine Au-

ditorum radio, tertium & quartum Præambulorum præambulum, Exordiorum Exordium emergat. Quandoque enim conserto præambulo novum præmittitur præambulum, & ex præambulo Exordium, ex Exordio integratandum fit. Concio planè monstruosa, dum confirmationi & explicationi textus exiguit temporis spatium relinquitur, conclusio verò planè omittitur, ut bene monet *Dn. D. Olarius* Orator. Eccles. pag. 329. seq. Ut verò Exordium in ipso Concionantis actu est primum, ita in meditatione & consignatione seu elaboratione non immerito est ultimum. Sic *Cicero* Lib. II. de Oratore testatur est, *postremò cogitare se solere, quò utatur exordio*. *Quintilianus* Lib. III. Instit. Orat. cap. II. concedit; *rogiūm* ultimo esse cogitandū, ultimo verò & novissimè scribendū seu consignandū esse negat. Videatur ipse. Unde & plurimi Methodistarū docent, postremā curā Exordio esse impendendā. nec sine oratione. Cum enim Exordium debeat esse proprium, & ex visceribus cause juxta *Ciceronem* loc. alleg. desumptum, melius poterit Concioni aptari, si ultimo, scilicet post paratas cæteras partes, elaboretur. Sic *Carol. Regius* in Orat. Christian. Lib. X. cap. IV. in fine. *Utrum a loco, inquit, cogitandum de exordio,*

dio,